UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1860

CCCLIX. Schreiben des Rathes zu Zehden an den Rath zu Königsberg wegen der Anlegung von Erbgeldern (Schrift des 14. Jahrhunderts).

Nutzungsbedingungen

urn:nbn:de:hbz:466:1-55515

Visual Library

CCCLVIII. Der Mannrichter im Lande Stolp, Henning von Beren, stellt einem Priester ein Legitimations-Attest zu einer Erbschaft aus, im Jahre 1348.

Prudentibus viris et discretis magistris consulum ceterisque consulibus in Konnigisberge benningus de berne, illustris principis domini ludowici Marchionis brandenburgensis iudex delegatus militum ac militarium terre stolpensis, honoris obsequii assidue quantum valet incrementum. Decet namque iustis desideriis fauorem beniuolum inpertiri. Supplicauit nobis notus ac religiosus dominus hinricus de luzseloy de ordine fratrum minorum de genealoya mihi nota cujusdam sacerdotis hinrici dicti skillinc fideliter expediri progeniem prefati sacerdotis mihi totaliter notam, intuitu dei perlustraui, sciens et inveniens non esse fratrem carnalem nec fuisse in recta linea consanguinitatis nec filium fratris heredem sacerdotis predicti propinquiorem, ac heredem ad bona temporalia predicti sacerdotis memoratum dominum hinricum de luzseloy profiteor et vna mecum vnus ciuis ciuitatis angermundensis fidedignus Wilhelmus suertueger in hiis scriptis. Ob recordationem iustitie si est necesse paratus sum cum mea parentela firmare iuramento. In quorum euidentiam sigillum nostrum presentibus duximus apponendum.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 328. Vgl. oben Nr. CI.

CCCLIX. Schreiben des Rathes zu Zehden an den Rath zu Königsberg wegen der Anlegung von Erbgeldern (Schrift des 14. Jahrhunderts).

Discretis uiris et honestis Consulibus civitatis konnichesbergh Consules ciuitatis Ceden beniuolam ad queuis beneplacita uoluntatem. Recognoscimus presentium tenore publice protestantes, quod nicolaus linifex, lator presentium, pecuniam hereditariam suorum preuignorum minorennium et annos discretionis non habentium, in nostra ciuitate existentem, in nostra ciuitate in certam hereditatem conuertit et locauit, quam sibi tempore solutionis absque dilatione et brigis instanter presentari petimus et persolui, quod merebimur loco et tempore exigente. Datum Ceden, feria sexta in die lamberti martiris et confessoris gloriosi.

Nach dem Originale des Königsberger Stadtarchives No. 332.